Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Lectionarium de Sanctis - Cod. Aug. perg. 21

**[Reichenau ?], [12. - 13. Jh.]**

Buchschmuck

urn:nbn:de:bsz:31-41579

Visual Library

uolunt. ex quibusdam apocri
forum somniis approbantes. quod
propterea occisus sit. quia saluato
ris predicaret aduentum. Et hoc
quia de scripturis non habet
auctoritatem. eadem facilita
te contempnitur. qua probatur.

Alii istum **XII.**
uolunt esse zacha
riam. qui occisus
est a ioas rege iude
inter templum et altare. sicut
regnorum narrat hystoria. Sed
obseruandum. quod ille zacha
rias non sit filius barachie.
sed filius ioiade sacerdotis.
Unde et scriptura refert. Non
fuit recordatus ioas patris
eius ioiade. que sibi fecisset
bona. Cum ergo zachariam
teneamus. et occisionis con
sentiat locus. querimus
quare barachie dicitur filius
et non ioiade. Barachia in
lingua nostra benedictus domini di
citur. et sacerdotis ioiade iusti
cia hebreo nomine demonstratur.
In euangelio quo utuntur naza
reni. pro filio barachie. filium io
iade scriptum repperimus. Sim
pliciores fratres inter ruinas templi
et altaris. siue in portarum exiti
bus. que syloam ducunt. rubra
saxa monstrantes zacha
rie sanguine esse polluta.
Non condempnamus errorem.
qui de odio iudeorum et fidei pie
tate descendit. **In nat. sci Iohis eu. l. i.**

Sermo Bede

**QUIA ENIM** in pectore ihu
sunt omnes the
sauri sapientie
et scientie abs
conditi. merito
beatus iohannes super pectus eius
recubat. quem maiore ceteris sa
pientie et scientie singularis